



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Donatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

fluere, etiam si ad eos nihil peruenerit: intellige tamen, quando non est bonum eos tolerare.

⁹ **DOMINI** aliquando possunt ultra consuetam aliquid exigere, secundum Raynarium, Hostiensem, & Thomam, supra. Primum, pro defensione suae terrae, si aliter facere non possunt: quia ad hoc tenentur subditi, non solum de rebus, sed corporaliter laborare, ut sic se saluet capitulum fortitudo. vigesimaertia quaestio. 3. Secundum, quando iubente principe, vel ecclesia, vult ire contra haereticos, vel infideles, nec propriae expensae suppetunt, potest a subditis moderatum subsidium petere. Tertium si in bello ex parte sua iusto captus, vult se redimere, & non potest absque graui damno. Quartum, si vult adire principem, pro sua & suorum utilitate, & commodè expensas facere non potest, & pro alia simili causa iusta, potest moderatum grauamen imponere. c. vnio. 10. q. 3. & c. cum apostolis. de censibus. Si autem absque causa iusta extorquet, ut pro ludo, pompis, & huiusmodi, restituere tenetur. De his confessores eos interrogent, nec absque satisfactione absoluant.

¹⁰ **SI** iudex habeat plenariam potestatem, & parti non fiat iniuria, nec communitati, nec nocuum affert: quia ex hoc nullum malum oritur. potest poenam iuris minuere, vel totaliter relaxare, faciendo misericordiam merenti poenam pro delicto, non autem quando non est habens plenariam auctoritatem, vel quando pars offensa petit ius, vel quando hoc cederet in malum reipublicae: quia alij non verebuntur talia facere, secundum Thomam secunda secundae quaestio. 67. argument. 4. & Panormitan. in capitulo. 2. de emptio. & venditio. & tamen dicit, quod iudex potest ex causa mitigare poenam, etiam statuti. Intellige modo praedicto. An domini temporales possint officia vendere, vide infra Officium. §. primo. supra, Dominus. §. septimo.

¹¹ **SI** statuto cauetur, ut villa teneatur de praedato ibi, si de praedato pro

bauerit violentiam sibi factam, stabitur eius iuramento de rebus amissis, secundum Pan. in cap. super eo. de his quae vi metus, non autem si non potest probare violentiam, saltem per violenta indicia.

¹² **DOMINI** non possunt accipere mutuo ab aliquo, cum pacto, quod accipient officium aliquod, quod usurarium est, pro mutuo accipere officij potestatem, propterea ei dant occasionem peccandi, & ipsi officio taliter acquisito tenentur resignare. Si autem gratis mutuarent, postmodum officia darentur, vel prius darentur officia, & post mutuarent, ut de officio possent accipere, esset licitum, secundum Th. ad ducissam supra.

¹³ **DOMINI**, & officiales non possunt aliquid recipere, quando tenentur gratis officium exhibere, quia prohibet eis accipere. l. fina. C. ad legem Iulii. de amb. infra, l. iudex. §. 6. Domini iniustitiam facere, & oppressores defendere, publica peccata, praecipue blasphemias de suo dominio abradere pro posse tenentur.

DONATIO.

¹ **DONATIO**: secundum Th. a. sen. d. 18. a. 2. est datio liberalis, siue irredibilis, recompensatione non intendens, quae secundum Azo. in summa, est duplex. scilicet donatio inter vivos & causa mortis. Donatio inter vivos est, quando rem quam dono, potius habere volo alium, quam me: sed causa mortis est, quando volo me potius quam alium, cui dono, quem malo habere, quam haeridem meum: secundum eundem Azo. Et quando alia causa in donatione est, quam liberalitas, potius dicitur recompensatio, quam donatio: secundum Pan. in rubr. eod. tit.

² **DONATIONVM** inter vivos prima dicitur absoluta, secunda conditionalis, tertia modalis, quarta remuneratiua. ff. de donat. l. 1. C. de donat. sub mo. l. 1. & 2. quae non reuocatur causa ingratiudinis, cum mera donatio non sit.

³ **DOMINI** s qui habet rei dominium, vel

vel proprietatem, & iure non prohibetur potest donare. Et non loquor nunc de donatione remuneratiua, sed 42. generibus personarum prohibetur huiusmodi donatio. Et primò illis, qui non sunt mentis compotes, vt furiosi, & huiusmodi. in clement. si furiosus, de homici. Secundo, prodigis. in l. 1. ff. de cur. furio. Tertio, minori. 2. §. annis, C. si maior. fa. ra. hal. vltim. Quarto, filiofamilias. Fallit in aliquibus casibus, vt si est in dignitate, vel filius senatoris, vel si pater dedit liberam administrationem, vel peculium castrense, vel quasi, &c. Vide Innocen. in cap. grandi de sup. negligent. prælat. lib. 6. & d. l. filiusfamilias. Quinto, his qui non habent proprium, vt seruis, religiosis, & huiusmodi can. non dicatis. 1. 1. quæst. 1. nisi de licentia superioris, vel habeant legitimam administrationem, vt ex iusta causa donent. in dict. l. filiusfamilias. & 12. q. 1. quia cap. tua de his scilicet, quæ seruando seruari non possunt. supra. Alienatio. §. 3. Sexto, abbatibus, & alijs prælatis, nisi habeant administrationem. vt de filiofamilias dictum est, & generaliter nulla persona ecclesiastica potest donare bona immobilia, vel mobilia pretiosa. supra. Alienatio. §. 3. Septimò, vxori, nil. vltra dotem habenti, potest tamen facere elemosynâ, vt dicitur infra. eleemosyna. §. 6.

4 OCTAVO, illi, qui crimen læsæ maiestatis commisit. l. fin. C. ad legem luli. maiestatis. Nonò, hæreticis, quorum bona ipso iure sunt confiscata. secundum leges. de hæretic. lib. 6. De eimo, contrahentibus incestas, scilicet inter ascendentes, vel descendentes, aut nepharias, scilicet inter collaterales, vel inutiles, aliàs prohibitas nuptias, quia de iure, bonorum suorum dominium perdunt, in dict. cap. secundum leges. Undecimò, illi qui in aliqua re cadit in commissum, quia quod commissum est, statim desinit esse illius, qui crimen contraxit. Duodecimò, illi qui capitale crimen commisit, propter quod eius bona veniunt publicanda, post condemnationem do-

nare non potest, licet antè possit. l. post contractum. ff. de dona. supra. Alienatio. §. 20. Decimotertio, militi, qui concubinæ, vel meretrici donare non potest. l. 2. C. de donatio. inter vir. & vxor. Idem dic de clerico, doctore, & aduocato, qui dicuntur milites, per not. in l. miles. ff. de senten. & re iud. Vide tamen Cin. in d. l. 2. quomodo intelligitur, milites, non opere, luxu, vel dignitate. Decimoquarto, viro erga vxorem, etiam est e contra, vt infra dicitur. Decimoquinto, patri, qui filio, ac filia donare non potest, quia censetur vna persona. Fallit tamen in casibus nonnullis. Vide gloss. in l. pater. C. de inoff. donation.

5 DECIMOSEXTO, qui dominium in re non habet, donare non possunt, vt fures. Nemo enim plus iuris in alia transferre potest, quam ipse in re habeat. in l. nemo. ff. de regu. iur.

Decimoseptimò, prohibetur donatio pro quacunque causa illicita, quæ à lege punitur, siue pro adulterio, siue pro alio crimine, & sic intelligitur læsæ factionis. ff. de donat.

Decimooctauò, quilibet donare prohibetur vltra 50. solidos. l. penult. C. de donationib. quod tamen intelligitur sine insinuatione præcedente. Fallit nihilominus in septem casibus. Vide Tab. ibi §. 1. casu. 14.

Decimonono, qui sunt ex donatione impotentes ad soluendum debita, non possunt donare.

6 VICESIMO, qui donant iudicibus, præsidi, seu alijs officialibus, quibus constitutum est proprium salarium, pro aliquo beneficio tempore suæ administrationis præstito, puniuntur. l. si. C. ad leg. lul. si tamen occulte donant, secundum gloss. excerptis eculentis, & poculentis, quæ in paucis diebus possunt consumi. infra. l. dext. §. 6.

Vigesimoprimum, qui visitatoribus vel eorum famulis aliquid donare volunt. vide infra. Visitatio. §. 3.

Vigesimosecundò, illi quibus per statuta municipalia est prohibitum, nisi cum certo modo donare.

7 **DONATIO** fieri potest absenti, si me mittendo per nuntium rem donatam, siue iubendo, ut rem quam habet de tuo penes se, teneat pro sua, non autem ignoranti. l. absentis. ff. de donat. Fallit tamen quando donans mittit per seruum donatarij, ea mente, ut statim fiant sua. in d. l. absentis.

8 **DONANS** tenetur de euictione donatario, secundum Azo. si de ea fuit promissum, secundum gloss. l. iusti. de donat. §. alia. vel cum donatio cepit a pactione, vel promissione, tunc potest agi. in l. Aristo. ff. de dona.

9 **QUANDO** donans donare non potuit, donatarius tenetur restituere, ut ex supradictis constat.

10 **DONATVM** legato ratione personae, illi acquiritur. facit l. socii. ff. pro socio. §. 1. si verò donatur ratione officij, acquiritur domino. ff. de cast. pecul. l. si forte. In dubio autem, secundum Pan. in ca. postulastis, de concess. præb. debemus attendere qualitatem doni, quae si conueniat legati personae, ut est vestis, & huiusmodi, iudicabitur legati: si autem conueniat domino, ut esse donatio Leonis, vel huiusmodi, erit domini. Si verò legatus prius erat notus, videbitur donatum esse intuitu non officij, sed personae.

11 **QUANDO** donans, vel legans, dicit dono vel lego Titio talem terram in tali loco, quae est perticae C. vel lego uxori meae aureos, & tamen terra inuenitur CC. perticarum, & iocalia duo mille, secundum Pa. in c. per tuas de donat. donatarius non tenetur illud plus restituere, neque quando minus valeret, quam fuerint aestimatae, potest residuum petere, quando res donata est specificata. l. demonstratio. ff. de cond. & demon.

12 **SI** donans dicat. do tibi villam meam & omnia iura mea, quae in illa habeo, propter hoc non donat iura spiritualia, ut ius patronatus, & decimarum, secundum Pa. in c. fides. de rescript. secundum dictum Inno. c. ex literis. de iure patro. quia hoc signum, omnis, non se extendit ad ea, quae sunt alte-

rius iuris, & naturae. Secus quando aliquid habens simul temporalia, & spiritualia iura cum omnibus pertinentijs suis, sicut est præbenda, quae simul habet possessiones, & decimas, quia tunc omnia simul transeunt. concor. Hoff. in d. c. ex literis.

13 **DONATIO** mera, ex poenitentia donantis non reuocatur. arg. in c. verum. de cond. appo. & dicit Bart. in princ. ff. de pact. quod per poenitentiam donatio non reuocatur.

14 **DONATIO** mera potest reuocari propter multas causas, ut colligitur ex ca. si. de dona. Et primò propter defectum causae, ob quam fuit facta donatio. c. quod à te. de cler. coniu. Secundò propter conditionem adiectam. d. c. verum. Tertio, propter dati enormitatem, ut cum pater tantum donat, quod euacuatur hæreditas filiorum. can. si quis irascitur. 13. q. 2. Quarto quando donatarius manu violenta iniecit in donatorem, vel si atrocem iniuriam facit, scilicet verberando, fugando, vel carceri mancipando, vel huiusmodi, vel graue damnum rebus intuitu donatoris, etiam citra maiorem partem substantiae, vel inferre tentauit vitæ periculum, licet effectus non sit sequutus, vel si non seruauit conuentiones factas in donatione. Hæc supradicta habentur in l. fin. C. de reuocand. donat. Adiunge alium casum secundum gloss. ibi, si donatarius neglexit alere donatorem inopem, quando donatio fuit in magna rerum quantitate, secundum Cy. in d. l. fin. In predictis casibus, reuocatur donatio per donatorem, non per hæredes. in ca. si. de donat. quando ingratitude commissa fuit in donatorem, & non in hæredes, secundum Panormitanum. in d. cap. final. Quintò quando presumitur de voluntate donatoris, ut quando post donationem nascuntur filij, sed quia circa hoc sunt variae opiniones, vide decisionem Panormitan. & Ioann. Andr. in d. cap. si. & Barto. l. Titia. de legat. 2. §. Imperator. Sextò, quando est contra voluntatem donatoris ratione inofficiositatis, de qua vide

vide Bartol. in l. si vt allegatis. C. de inof. donat. intellige prædicta etiam si donatio sit iuramento firmata, & in ea sit apposta conditio, quod non possit reuocari, etiam propter ingratitude, quia hoc est contra naturalem æquitatem. l. ex eo. C. de inutil. stipula.

¹⁵ DONATIO facta sub modo, non reuocatur, etiam quod modus talis non interueniat, quando scilicet talis modus non est principalis causa, vel finalis, sed magis impulsiva. Facit l. Memoria. ff. de manu. test. nisi sit expressum, quod reuocetur, vel alteri detur tali modo non existente. Secus si modus fuit principalis vel finalis causa ipsius contractus.

¹⁶ SI donatio sit facta ecclesie sub certo modo, & solus prælati non seruat modum, secundum Vincent. in dict. cap. verum, non potest reuocari, quia delictum prælati, non nocet ecclesie in regula, delictum. libr. 6. secus si prælati cum capitulo, Secus etiam quando esset sub conditione, quia si solus prælati non seruat, donatio non tenet, quia in acquirendis solus prælati potest nocere, non autem in acquirendis, vt not. Iano in cap. fraternitatem. de dona. & not. quod quælo dicitur, quod possit reuocari, quod requiritur sententia, secundum Innoc. in d. c. verum. & Hostien. quamuis alij dicant contrarium, sed primum verius, nisi diceretur quod propria auctoritate possit reuocari, nisi esset effecta sacra. l. si quis curialis. C. de episco. & cler.

¹⁷ SI quod donatum sit ecclesie, vel altari, cum pacto quod alienari non possit, secundum Anto. de But. in d. c. verum, si pactum positum est post contractum donationis, vel ante contractum, id est, ante traditionem, & post obligationem, nihil operatur tale pactum, si verò apponitur tempore contrahendæ obligationis, & tunc si referuat sibi aliquod ius in re, vel alteri, non valet alienatio. Si vero nec sibi, nec alteri referuat, tunc si sequatur alienatio, valet, sed ager qui pactum

apposuit, ad æstimationem. l. ea lege. C. de con. ob causam. Quod si apponitur pactum de re non alienanda, non valet tale pactum, nisi paciscentis interfit de non alienando, quia tunc ager ad interesse. l. penultim. C. de condition. ob causam. & hoc verum in priuato. In ecclesia si alienet, semper videtur interesse dantis, cum tali pacto de non alienanda, quia si sit fauorabile animæ dantis, nisi alienaret pro necessitate, quia aliter prouideri non potest, vel alienaret ob causam magis piam, secundum Antonium de Butrio, supra, quamuis aliqui contrarium tenent. Primum tamen melius, quia sic secundum rectam rationem, debuit voluisse donator.

¹⁸ PROHIBIT donare donatione mera, vel conditionali, vel modali, non prohibentur donare donatione remuneratiua, quia non proprie donatio est: vt notatur in canon. si quos. 12. q. 2. nisi prohibeatur donare, quod non habet administrationem, de quibus supra dictum est, vel quia non potest donare, nisi in damnum aliorum, & talis donatio remuneratiua non potest reuocari, sicut alia, secundum Panormitanum in d. ca. si. quia iura scripta de donatione, non habent locum de remuneratiua.

¹⁹ DE donatione Constantini erga ecclesiam an fuerit, quia non est multum ad propositum, vide si placet Archiepisc. Florentin. 3. parte, titulo 13. capitulo 5. & Panormitanus in capitulo per venerabilem. qui fil. sint legitimum. colum. 2.

²⁰ DONATIO causa mortis, est quasi instar legatorum, differt tamen in aliquibus, differt etiam à simplici donatione, quia hæc pœnitentia reuocatur, illa non. l. qui mortis causa. ff. eo. titul. Hæc, quinque testes requirit: illa duos tantum. l. si. C. eod. titul.

²¹ DONATIO causa mortis reuocatur, secundum gl. l. non omnis. ff. si certa. Primum, si prius moriatur donatarius quam donator. Secundum, si illum pœnitet donasse. Tertium, si ces-

set editio sub qua est facta donatio. Si verò iuravit non reuocare, adhuc potest. Primò, ex noua causa. Secundò si donauit omnia bona presentia, & futura, quia iuramentum esset vinculum iniquitatis. Petet tamen prius absolutionem à iuramento. Secus quando donauit omnia bona, non facta mentione de futuris. l. si. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. oblig.

²² **Q**UICUNQUE testamentò cedere potest, etiam potest donare causa mortis: tamen filius familias, etsi non possit facere testamentum, etiam patre iubente, donare tamen potest causa mortis patre permittente. l. tam is. ff. eod. tit. Et cuiusque prohibetur donatio inter viuos, prohibetur etiã causa mortis, quia à quo remouetur genus, remouetur & species. in d. l. filius familias. §. pari ratione. Sicut à superiori ad inferius negatiuè, secundum logicum, consequentia tenet.

²³ **D**ONATIO facta causa mortis nõ tenet in eo, qui cõmisit etimè capitale, siue ante, siue post fiat, cum testamentum rumpatur, & omnia publicentur. l. si aliquis, ff. eod. tit. tenet tamen in re donata vxori ante reatum cõmissum, & nõ postea. l. cum hic status. ff. de dona. inter vir & vxor. §. si maritus. est etiã tex. cum glo. in l. res vxoris. C. de don. int. vir. & vxor.

²⁴ **D**ONATIO simplex, de qua dictum est, non valet inter virũ & vxorem, constante matrimonio, quia lege prohibetur, ne mutuo inuicem spoliarentur rebus ob mutuum amorem, ideo non tenet etiam si per interpositam personam fiat. l. si sponsus. ff. eod. tit. nec valet remissio debiti, vel assignatio debitoris, quia habent rationem donationis: secus in donatione remuneratiua. quia non prohibetur. l. quòd autem. ff. eod. tit.

²⁵ **S**i volentia mihi donare centum causa mortis, mando vt donet vxori meæ, non tenet donatio, quia videtur ac si ego vxori meæ donatem. l. idem. que. ff. eod. tit. ul. secus si mando quòd leget, quia legatum non facit dona-

tionem cum non transferatur domini-um, sicut etiam in donatione etiam causa mortis, licet possit reuocari. l. 2. ff. eodem titulo.

²⁶ **Q**UAMVIS donatio inter virũ & vxorem, non sit communiter licita, tamen in quibusdam casibus licet. Primò, si Imperator donat coniugi, vel econtrã. l. pe. C. eo. tit. Secundò, si dans dat pecuniam propter refectionem ædium combustarum. l. quòd si vir. ff. eod. tit. Terriò, quando donans ex hoc non fit pauperior, licet aliter fiat diuor. l. sed & si constante. ff. eodem titulo. Quartò, quando recipiens non fit diuor, licet dans fiat pauperior. d. l. quòd autem. Quintò, si donatur in tempore finiti matrimonij, vt scilicet res fiat alterius morte secuta. l. sed interim. ff. eodem tit. Sextò, quando donatur causa mortis cuiuscunque speciei sit. dict. l. sed interim, nisi fiat quòd nullo modo reuocetur, quia non valeret, secundum glossam in dicta l. interim. Septimò, quando donat vxori causa honoris, vel dignitatis adipiscendæ. l. quòd adipiscendæ. ff. eodem tit. Octauò, si maritus constante matrimonio remittat vxori promissam dotem in totum, vel in partem, secundum Bald. in l. si constante C. de donation. ante nup. Adde secundum Hostiensem, si ad sustentationem sui, vel suorum, vir donet vxori annum, vel menstruum, vique ad fructus dotis.

²⁷ **D**ONATIO inter coniuges inuolida potest firmari: primò, per iuramentum: secundum Panor. in c. donatio. eod. tit. qui dicit, quòd hæc est communis opinio, nec tale iuramentum est contra bonos mores naturales. Vide ipsam in cap. cum contingit. de iur. vbi dicit, quòd non est contra bonum publicum, neque continet aliquam turpitudinem ex parte iurantis. Secundò, firmatur morte donantis, & non reuocantis, tacitè, vel expressè. in d. c. donatio, si tamen non sit ultra quingentos solidos, siue auteos, quia si esset vltra & sine insinuatione, non confirmatur, nisi in morte approba-

probauerit, quo casu valebit, vt legatum, quod insinuatione non indiget: secundum glo. in d. c. donatio. Secundo si fuit facta simplici promissione, nisi traditio in vita donantis interueniat. l. quod suo, C. de do. caus. nō mi.

22 DONATIO inter sponsos de futuro: secundum glo. in d. c. donatio. valet, etiā si matrimoniū postea eodē die contrahatur l. inter eos. ff. eo. tit.

23 DONATIO inter virum, & vxorem, multis modis reuocatur. Primō, quando donantem pœnitet. l. cum hic status. ff. eo. tit. Secundo, per alienationem rei donatæ. C. eod. tit. l. si maritus. Tertio, quando donans rem donatam pignorat, & nil aliud exprimit. d. l. cum hic status. Quarto, si pœmoriatur donatarius. d. c. donatio. Similiter si ambo simul moriatur: secundum glo. libi. Idem si simul capiatur ab hostibus, & nullus redcat, quia videntur simul interiisse: secundum Azo. Quinto, quando fit diuortium ex displicentia, nisi aliter appareat voluisse donationem valere. l. si interim. ff. eo. tit. Quædam alia vide in d. l. cum hic status, & d. c. donatio. De pœsumptione donationis vestium, & c. infra; Peculium. §. 17.

30 DONATIO propter nuptias, soluto matrimonio reuertitur ad virū. l. fin. C. de donatio. ant. nupt. vel propter nupt. sicut dos ad mulierē reuertitur. l. vnica. C. de re. vxor. act. nisi pactum aliter habeat; tamen consuetudo locorum est seruanda: vt not. in d. c. donatio.

31 DONATIO propter nuptias ad hoc tantū valet, nisi aliter paciscatur, vt vxor sit de dote securior: secundū gloss. in d. l. final. Nam vir res suas alienat consentiente vxore, sed mulier non potest renūciare obligationi pro iure suo, quod in donatione propter nuptias habet, nec eius consensus valet. C. ad Velleianam autho. sine auiæ. nisi interueniat iuramentum. in cap. licet. de iur. iuran. libr. 6. aut quod vxor post biennium consentiat secunda vice, & quod tantū sit in facultatibus viis, vt indemnita-

tibus viri possit consuli pro tempore toto, quo vxor agere potest: vt no. in d. l. authentic. sine auiæ, vel per tres annos tacuerit, licet in secundo non consenserit: vt not. Pa. in c. peruenit. de ven. & emp.

32 SI soluat matrimonium aliter quā per mortem, pactum, vel consuetudo facere non poterit, quod vir lucretur dotem: secundum Hostien. vt no. in d. c. donatio.

33 SI statuto cauetur, vt moriete altero coniugum, alter superuiuens lucretur dotem, vel donationem propter nuptias, intelligitur de morte naturali tantū, non autem de spiritali, quæ fit per religionis ingressum, imō nec possit statuere, quod muliere intrante religionem, vir partem dotis lucretur, quia esset in grauen libertatis, religionis, dotis diminutio. quod not. lib. 1. ff. quarum rerum actio. non dat. Secus si pactum fiat, vt altero moriente, alter lucretur, quia tunc per ingressum religionis pactum manet validum. l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. Non pœsumitur donatio, sed mutuū vel depositum, si dixerit Titio, tolle hanc pecuniam, quia nemo pœsumitur suam abijcere. de renunciatio, capitu. super hoc.

DOS.

DOS (vt colligitur à Canonistis. in ca. Raynuitus. de test.) est quod datur viro ab vxore, vel ab aliquo eius nomine, pro oneribus matrimonij subeundis; & est dos propriū mulieris patrimonij, tamdiu durans, quādiu matrimonium: quo soluto, soluitur: quia sine eo esse non potest ff. de iur. dot. libr. 3. oportetq; matrimonij contractum esse de iure, & de facto vt dos dicatur. d. l. lib. 3.

2 PACTUM factum à filia dum nuptui traditur, quod de dote contenta nullum regressum habebit ad bona paterna, licet lex civilis improbet, tamen si firmatur iuramento facto noui, neq; dolo seruari debet. c. quamuis extra, de pact. libr. 6.

3 QUAMDIU matrimonij durat, m domi-